UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sacerdos

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XVII.

§

Sabbathum.

¶ LOCI BIBLICI.

SABBATHVM à Deo benedicitur, *Gen.*2.3. propter hominem inſtitutum eſt, *Marc.* 2. 27. Sabbathum perpetuum, *Eſa.* 66. 23. *Hebræor.* 4. 9. Sabbathum terræ ſeptimo quoque anno, *Exod.* 32. 11. *Leu.*25.4. Sabbathum alterum primum', pro, feſti plurium dierum vltimo, *Luc.* 6. 1. Sabbathi obſeruatio præcipitur, *Exod.* 16. 29. & 20. v. 8. 9. & 22. 12. & 31. *v.* 14. 16. & 34. 21. & 35. 3. *Leu.* 19. *v.* 30. & 23. 3. & 26. 2. *Deut.* 5. 12. *Eſa.* 56. 2. & 58. 13. *Ierem.* 17. 21. *Ezech.* 20. 3.

Cauſæ præcipue ſanctificationis Sabbathi ſunt quatuor: *Prima*, vt dies ille impendatur cultui diuino quo die præſertim ſolebant agi conuentus publici, *Luc.* 4. 16. quæ conſuetudo agendi conuentus in diem Dominicum tranſlata eſt, *vt colligitur ex Act.* 20. 7. 1. *Cor.* 16. 2. *Secunda*, vt ne continuis laboribus te aut tuos fatiges & conficias, *Exod.* 23. 12. *Deut.* 5. 14. *Tertia*, vt perpetuo recorderis operum Dei in creatione, *Gen.* 2. *v.* 1, 2. *Exod.* 20. *v.* 10. 11. *Vltima* cauſa eſt, perpetua memoria liberationis à ſeruitute Ægyptiaca, *Deut.* 5. 15. Addi his poteſt & liberalitas Dei in ſexto, & ceſſatio manuum in ſeptimo die, quam cauſam attingit Moſes, *Exod.* 16. 29.

Sabbathi obſeruat. *Exempla*: Iſraelitæ *Exod.* 16. 30. Iudas Machabæus & Iudæi, 2. *Mach.* 8. v. 24. 25. 26. 27. Chriſtus etiam ſtudioſe coluit ſabbathum, ita vt plerunque ſabbatho in ſynagogis doceret, & miraculis ſe patefaceret, *Luc.* 4. *v.* 16. 17. &c. Paulus & Barnabas, *Act.* 13. v. 14. 15. 42. & 16. 13. Paulus & Silas, 20. 7.

Sabbathi violationis, ſiue profanationis, eiuſque pœnæ *exempla*, Homo colligens ligna, *Num.* 15. 30. Iſraelitæ, *Nehem.* 13. 15. *Ierem.* 17. 27. Sabbathi Dominus Chriſtus, *Marc.* 2. 28. hoc eſt, in ſua poteſtate habet ſabbathum, vt poſſit pro ſuo imperio moderari. Sabbathum magnum vocabatur Iudæis, *Ioan.* 19 31. cum in ſabbathum dies Paſchæ incideret: hoc eſt, valde ſolenne & celebre: concurrente videlicet duplici celebritate. Sabbathum profanare dicuntur Sacerdotes, *Matth.* 12. 5. Sabbathi ſacrificia, *Ezech*, 46. 4.

Sabbatha, non pro ſeptimo, vt alias ſæpe, nec pro ſingulis hebdomadis diebus quos vulgo Ferias vocant, ſed potius pro ipſis ſeptimanis, *Luc.* 25. 8. & pro ſeptimana ipſa, *Matth.* 18. 1. per ſynecdochen.

Sabbathum, i. quies, Seu quietis dies, à verbo Hebr. *Sabat.* quieuit. Hinc illa dies ἀνάπαυσις dicitur Græcis, & σαββατισμός, ceſſatio à labore corporis. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag.* 626. 687.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Sabbathum à Deo ſanctificatur.

Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ob omni opere ſuo. *Gen.* 2.

Requies ſabbathi ſanctificata eſt Domino. *Exod.* 16.

Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos. 31.

Inſuper & ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos. *Ezech.* 20.

A bono bene obſeruatur.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices: Sex diebus operaberis? Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui eſt: non facies in eo omne opus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. *Exod.* 20.

Sex diebus operaberis, ſeptimo die ceſſabis arare & metere.

Sex diebus facieris opus, dies ſeptimus, quia ſabbathi requi[illegible] vocabitur ſanctus. Omne opus non facietis in eo. *Leu.* 23.

A veſpere vſq; ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra. *ibid.*

Obſerua diem Sabbathi, vt ſanctifices eum, Non facies in [illegible] quicquam operis. *Deut.* 5.

Si auerteris à ſabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam [illegible] die ſancto meo, & vocaueris ſabbathum delicatum, & ſanct[illegible] Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper Domino & ſuſtulam te ſuper altitudines terræ. *Eſa.* [illegible]

Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbathi. Sanctificate diem ſabbathi. *Ierem.* 17.

Si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis in die ſabbathi, & ſi ſanctificaueritis diem ſabbathi, ne faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, ſedentes ſuper ſolium Dauid, & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum. *ibid.*

Itaque licet ſabbathis benefacere. *Matth.* 12.

Sabbathum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbathum. Itaque Dominus eſt filius hominis etiam ſabbathi. *Marc.* 2.

Interrogo vos, ſi licet ſabbathis benefacere an male, animam ſaluam facere, an perdere. *Luc.* 16.

Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrum Sabbatho non ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare. 13.

A malo male violatur.

Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, qui fecerit opus in eo, occidetur. *Exod.* 35.

Colligens ligna ſabbatho, præcepto Domini lapidatus fuit. *Num.* 15.

Dies veſtri conuertentur in lamentationem & luctum. *Tob.*

Neomeniam & ſabbathum & feſtiuitates alias non feram [illegible] qui ſunt cœtus veſtri: Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. *Eſa.* 1.

Si non audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die ſabbathi, ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem. *Ierem.* 7.

Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. *Amos.* 5.

Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. 8.

¶ SIMILITVDO.

Procopii. Quemadmodum feſtos dies appellamus ſanctos, quod contineant memoriam beneficii alicuius ſingularis à Deo nobis dati, & ſicuti illud. Sanctificate ieiunium: id eſt, ſeparata & ordinate ieiunandi tempus: Ita Iudæis imperauit ſupremum Numen, vt ſegregarent à cæteris diebus diem ſeptimum, eumque deſtinarent cultui diuino: vt ſi obliuio Dei forte obrepſerit, tamen in memoriam eadem ex ipſo die, quo quietem capiunt, in memoriam reuocatus redigatur, qui omnia fecit, & die ſeptimo requieuit. *in Gen.* 2.

Sacerdos.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

SAcerdos, Græce ἱερεὺς, έος, ὁ, ἱερωσύνη, ης, ἡ, ſacerdotium dicitur. Eſt autem ſacerdos is, qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda. A quo ſacerdotium ipſum, ſacerdotis munus officiumque.

¶ LOCI BIBLICI.

Sacerdos pro ſe & populo orat, *Leuit.* 9. 7. & 16. *verſ.* 6. [illegible] mortuorum exequiis abſtinet, barbam non radit, *verſ.* [illegible]

...em ducit, ʋ.13. *Ezech.*44.21. Sacerdos noſter Chriſtus.
...8.1.*&c.*
...dotis ad populum prælíaturum exhortatio, *Deut.*20.*v.*2 3.
...filia fornicans, comburenda, *Leu.*21.9. Sacerdotis pec-
...quomodo expiandum, 4 3. Sacerdoti rebellis: morte ple-
...*Deut.*17.12. Sacerdoti, antequam Sanctuarium ingredia-
...ſeruanda, *Leu.*16.*v.*2.3. Sacerdotes oblationis reliquias co-
...*Leu.*10.12.Sacerdotes quando à vino abſtineant,ʋ.8.9. *Eze.*
...Sacerdotes mali arguuntur,22.26,*Oſeæ.*5.1.*Soph* 3.4.*Malach.*
...Sacerdotes mali, & eorum punitio, *Num.*16.1.*&c.*1.*Sam.*
...13.1.*Reg.*2.26.*Eſa.*3.11.*Ierem.*2.5.*&* 8,7.*Oſe.*4.6.*Malach.*2.
...*Malach.*7.*v.*5.9.Sacerdotes multi Chriſto credunt, *Act.*6.7.
...veritatis hoſtes,4.1.Sacerdotes Baal occiduntur, 1. *Reg.*
...*Reg.*10.18.*&* 23.5.Sacerdotum auaritia, *Malach.*1.10. autho-
...*Deut.*17.9. in populum benedictio, *Num.* 6. 24. eius efficacia,
...*Num.*6.26.Sacerdotum conſecratio, *Exod.* 28. 41.*&* 29.1.
...*Ezech.*46.20. Hæreditas Deus ipſe, *Deut.*18.2. Ignoran-
...2.26.inuidia, *Matth.*27.17.multitudo & numerus in ve-
...mento,1.*Par.*24.3.ʋ*bi numerantur* 38000. Officium, *Exo,*
...*Leu.*10.ʋ.1.6.9.19.*&* 21.1.*&c.*22.1.*&c.*24.3. *Num.* 3.10.
...10.8.*&* 18.ʋ.1.7.*Deut.*20.2.*&* 21.5.1.*Sam.*2.ʋ*erſ.*28.35.1.
...*Par.*26.17.*Ezech.*44.*v.*20.23.*Malach.*2.*v.*4.7.*Heb.*5.7.
...ornamentum veſtium & ordinatio, *Exod.*28.8.*&c.*29.1.*&*
...40.22. *Leu.*8.*v.*1.8.terra fame graſſante, minime vendita,
...22.Sacerdotum defunctorum viduæ, Sacerdotum vxores
...fiant. *Ezech.*44.22.
...dotum Leuiticorum & Chriſti diſcrimen, *Hebr.*9.25.*&* 10

...dotibus dabantur decimæ & primitiæ, *Num.*5.*v.*9.10.*&* 18.
...*Deut.*8.3. vt liberi à ſolicitudine comparandi victum, poſ-
...Legi Dei, 2.*Par.*13.*v.* 4. *&c.* Neceſſaria vitæ ſuſtentatio
...abatur, *Exod.*29.26.*Leu.*2.*v.*3.10.*&* 5.13.*&* 6,*v.*9.19,*&* 7.*v.*
...*&* 24.9.*Num.*3.48.*&* 5.9.*&* 18.*v.*8.11.28.*Deut.*18.1.1.*Sam*
...*Reg.*12.16.1.*Par.*6.54.2 *Par.*36.4.2.*Eſdr.*10.36*Eccl.*45.25.à Sa-
...bus Legem accipiat Rex. *Deut.*17.18.
...dotium Leuiticum abrogatum, *Heb.*7.*verſ.*11.12. Chriſtia-
...quo ſpirituales hoſtiæ offeruntur per Chriſtum, *Eſaia.*66.11.
...26.1.*Pet.*2.5.
...dotale Dei regnum, Iſraelitæ, *Exod.*19.6.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Sacerdos bonus Deum pie honorat.

...erdotes qui accedunt ad Dominum ſanctificentur, ne percu-
...*Exod*,19.28.30,
...de ad altare, & immola pro peccato tuo. Offer holocau-
...(ait Moſes Aaroni) & deprecare pro te & pro populo. *Leu.*
...22.
...ſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & à-
...meam faciat. 1.*Reg.*2.
...pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus con-
...in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro
...*Heb*,5,

Seipſum congrue ordinat in ʋ*ictu.*

...num ſiceram & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu &
..., quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moria-
...*Leu.*10.
...Oportet epiſcopum, ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem
...ſuperbum, non iracundum, non violentum. *Tit.*1.

Veſtitu.

...ſacerdotes tui induantur iuſtitia. *Pſalm.*131.
...Mandamini, qui fertis vaſa Domini. *Eſa.*52.
...viduam & repudiatam, non accipient vxores; ſed virgines de
...domus Iſrael. *Ezech.*44.
...Teipſum caſtum cuſtodi. 1.*Tim.*5.
...uenilia deſideria fuge, ſectare vero iuſtitiam, fidem, ſpem &
...itatem, & pacem cum his qui inuocant Dominum de corde
...*Tim.*2.

Proximum bene ædificat verbo.

...Et nunc fratres quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex
...pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda illorum
...*Iudith.*8.
...populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pol-
..., mundum & immundum oſtendit eis: Et quum fue-
...controuerſia, & ſtabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. *E-*
...4.
...Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore
..., quia angelus Domini exercituum eſt. *Malach.*2.

Exemplo.

...Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores my-
...ſteriorum Dei. 1.*Cor.*4.
...Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſte-
...rium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros,
...in multa patientia. 2.*Cor.*6.
...Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fi-
...delium. 1,*Tim.*4.

In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum. *Tit.*2

Sacerdos ʋ*erus ad officium rite vocatur.*

Applica ad te Aaronem fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi. *Exod.*27.

Aaronem & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos mihi: vt ſacerdotio fungantur mihi. 30.

Applicabis Aaronem & filios eius ad fores tabernaculi teſtimonii, & latos aqua indues ſanctis veſtibus. vt mihi miniſtrent, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. 40.

Quum ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud, & omnia vaſa eius, labrumque cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaronis, vnxit eum, & conſecrauit. *Leuit.*8.

Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius (arietis immolati) tetigit extremum auriculæ dextre Aaronis, & pollicem manus eius dextræ, ſimiliter & pedis. *ibid.*

De oſtio tabernaculi non exibitis ſeptem diebus. Septem enim diebus finitur conſecratio. *ibid.*

Homo de ſemine tuo, per familias (ſuas) qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, aut claudus aut gibboſus, aut vitiato oculo, Ego Dominus, qui ſanctifico eos. 21.

Elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei & mundauerunt templum, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. 1 *Macchab.* 5

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ deſunt corrigas & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi, *Tit.*1.

Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo *Hebr.* 5

Quum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias presbyteros. commendauerunt eos Domino. *Act.*14.

A bonis debite honoratur.

Emit Ioſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius præter terram ſacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. *Gen.* 47

Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, moriatur. *Deut.* 17

Presbytero humilia animam tuam. *Eccl.* 4

In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. 7

Honorifica ſacerdotes. Da illi partem, ſicut mandatum eſt tibi. Primitiarum & purgationis. *ibid.*

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. 1 *Tim.* 5

Plene à Deo remuneratur.

Omnes primitiæ, quas offerunt filii Iſrael ad ſacerdotem pertinent, & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis ipſius erit. *Num.*.

Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum. Omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tibi tradidi, & filiis tuis, pro officio ſacerdotali, legitima ſempiterna. 18

In terra eorum nihil poſſidebitis. nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua, in medio filiorum Iſrael. *Ibidem.*

Quamobrem non habuit Leui partem neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis, quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, *Deuteron.* 10

Cæterum inter gentes non hæreditabit. Ipſe enim eſt pars eius. *Eccl.* 45

Non erit eis hæreditas: ego hæreditas eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipſi comedent, & omne votum Iſrael, ipſorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, ſacerdotum erunt. *Ezech.* 44

Impii Sacerdotes deſcripti.

Sacerdotes eius contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiam, & inter pollutum, & mundum non intellexerunt. *Ezech.* 32

Semetipſos in probrum dant.

Coronas aureas habent ſuper capita ſua dii illorum: vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant, & iterum quum receperunt illud à meretricibus ornant deos ſuos. *Bar.* 6.

Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos. *Oſeæ.* 4

Audite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate iudicium: quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſubter Thabor, & victimas declinaſtis in profundum. 5

Accipite vos & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri altaris

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ris. Ingredimini, cubate in ſacco miniſtri Dei mei, quoniam interiit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio. *Ioel.1.*

Sacerdotes eius pro mercede docebant. *Mich.3.*

Sacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſte egerunt coutra legem. *Soph.3.*

Ad vos, ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, in quo deſpeximus? Offertis ſuper altare meum panem pollutum. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. *ibid.*

Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege, irritum feciſtis pactum Leui. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. 2.

Sacerdotium Spirituale.

Vos Sacerdotes Domini vocabimini: miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. *Eſa.61.*

Vos Genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. *1.Pet.29.*

Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos reges & ſacerdotes Deo patri ſuo. *Apoc.16.*

Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. 5.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nemo in Eccleſia amplius nocet quàm qui peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis vel ſacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. *Greg. in paſtorali.*

Contemplamini, quid ſit populo ſancto præeſſe, & conſiderate quale ſit diuinis ſacramentis inſiſtere. Altari vacare debent, qui de altari viuunt, & talis conuenit cura ſynceritatis ſacramentis, qualia ſunt ſacramenta ipſa, quibus exhibent officia ſeruitutis, ne contra Deum offendant ipſa quæ tractant, aut contra populum incipiant impedire quod prædicant. *Aug. lib. de ſingularitate clericorum.*

Presbyteri, qui bene præſunt vita de doctrina, digni habeantur à ſubditis duplici honore, ſcilicet vt ſpiritualiter eis obediant, & exteriora bona miniſtrent. Boni enim diſpenſatores & fideles non ſolum honore ſublimi præmiari debent, ſed & terreno, vt non contriſtentur indigentia ſumptuum, & gaudent obedientia ſpiritualium. Inſtantior enim fit, ſi non humilietur inopia, & creſcit in illo authoritas, quum videt ſe etiam in præſenti laboris fructum percipere, non vt abundet, ſed vt non deficiat. *Gloſſ. Aug. ſuper, 1. Tim.*

Qui animarum curam pro Domino ſuſcipit, vt errantes doceat, vel conſoletur mœſtos, vel temporalibus ſuſtentet, vel renitentes ad remedia ſalutis protrahat, vel paſtore deſtitutos gubernet, vt ſecum plures ad Dominum perducat: ſapiens eſt, quia ſibi, vt feelimius cum domino regnet, procurat. *Gloſſ. ſuper Prouerb. 11.*

Paſtori Eccleſiæ dicitur: diligenter adhibe curam eis, quibus te præeſſe contigerit, agnoſce animos & actus ſingulorum, ſi quid vitii in eis inueneris, citius caſtigare memento. *Gloſſ. ſup. Prou. 17.*

Non enim tu ſemper paſcendi dominicas oues poteſtatem habebis, ſed æternam percipies coronam, ſi ſuo tempore bene paueris. *ibidem.*

Sobriam à turbis grauitatem, ſeueram vitam, ſingulare pondus dignitas ſibi vendicat ſacerdotali. *Am. Ep. 26.*

Nihil in ſacerdote tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod ſentiat veritatem non libere pronuntiat. *in epiſt. ad Theod. imperat.*

Ex inordinata & indiſciplinata multitudine ſacerdotum hodie datur contemptui redemptoris noſtri venerabile ſacramentum, nam qui debuerant eſſe vicarii Apoſtolorum & filii Petri, facti ſuut ſocii Iudæ & præambuli Antichriſti. *in quod ſerm.*

Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina, ſi peccant: lætamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudii excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe: nec enim ſolum pro noſtris delictis reddemus rationem, ſed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſoliciti. *Hier. in Ezech. l. 2.*

Conſidera, ſacerdotum eſſe officium, de lege interrogatos reſpondere, ſi ſacerdos eſt, ſciat legem Domini: ſi ignorat legem Domini, ipſe ſe arguit non eſſe ſacerdotem Domini: ſacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege. *in Agg. proph.*

Conuiuia tibi vitanda ſunt ſecularium, & maxime eorum, qni honoribus tument. Turpe eſt enim ante fores ſacerdotis Domini & pauperis crucifixi, qui cibo quoque veſcebatur alieno, lictores conſulum iudicumque prouinciæ, & milites excubare. Melius eſt apud te prandere, quam in paulatio. *in Epiſt. ad Nepot.*

Infirmorum corda de mali presbyteri vita percutiuntur, [illegible] riores exiſtentes, prolabuntur licentius in peccatum. *In quadam Epiſt.*

Penſet ergo ſacerdos, qui ad ſatisfaciendum diſtricto iudici de ſua tantummodo anima fortaſſe vix ſufficit, & quot regendis ſubditis præeſt reddendæ apud Deum rationis tempore, vt ita dicam, tot ſolus animas habet. *in moral.*

Nihil tam oneroſum ordini ſacerdotum video, quam rigorem mentis compatiendo flectere, & cum perſonis ſuperuenientibus animum mutare. *Hom. 6. ſup. Ezech.*

Nos, qui ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi pro ſuis peccatis obtulerunt, ſi comedimus & tacemus, eorum procul dubio peccata manducamus. *In Hom.*

Penſate fratres, quantæ damnationis eſt, ſine labore percipere mercedem laboris: quanti criminis pretia peccatorum accipere, & nihil contra peccatum prædicando dicere. *ibid.*

Semper in ſacerdotali pectore cum terrore ſeueritatis cuſtodiri debet virtus manſuetudinis, vt & iram manſuetudo cuſtodiat, & manſuetudinem (ne forte diſſoluta ſit) zelus diſcretionis accendat. *ibidem.*

Multi dum plus vitam ſacerdotum, quam ſuam diſcutiunt, in erroris foueam delabuntur, minus conſiderantes, quod non eos vita ſacerdotum læderet, ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accommodarent: ſed hypocritarum more magna trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes feſtucam tenuem in aliorum oculis conſpiciunt. *ibid.*

Cauſa ſunt ruinæ populi, ſacerdotes mali. Quis enim ſe pro populi peccatis interceſſor obiiciat, ſi ſacerdos, qui orare debuerat, grauiora comittat. *in regiſtro.*

Nullum ab aliis præiudicium, quam à ſacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit, plerunque quod eſt grauius, ſacerdotes, qui propria dare debuerant, etiam aliena diripiunt, plerunque ſi quos humiliter, ſi quos continenter conſpiciunt, irrident. *In homil.*

Nos qui ſacerdotes vocamur, qui ſupra ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus, qui tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepide & tacentes videmus: & [illegible] tur, tunc ſubiectus moritur ſine te, quando in cauſa mortis [illegible] tradictorem pertulerit: nam morti cui non contradicis, [illegible] ris. *Hom. 11. ſup. Ezech.*

Quicquid præter neceſſarium victum ac ſimplicem veſtem de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. *Bern. in Epiſt. 2.*

Timeant clerici, timeant miniſtri Eccleſiæ, qui in terris ſanctorum, quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipendiis, quæ ſufficere debeant, minime contenti, ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi forent, impie ſacrilegeque ſibi retinent, & in vſus ſuperbiæ luxuriæque victum pauperum conſumere non verentur duplici profecto iniquitate peccant, quod ſi aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. *ſerm. ſup. Cant.*

Heu: heu: Domine Deus: quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum, arcem Simonis occupauerunt, apprehenderunt [illegible] nes, & vniuerſam deinceps libere & poteſtatiue tradunt [illegible] ciuitatem. Non eſt iam dicere, vt populus, ſic ſacerdos: quia nec populus, vt ſacerdos. *ibid.*

Multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes: multi nomine, & pauci in opere. Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper cathedram, quia cathedra non facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram: non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Qui bene ſedent ſuper cathedram, honorem accipit ab illa: qui male ſedent, iniuriam facit cathedræ. In iudicio enim ſedes, ſi bene viueris & bene docueris, omnium iudex eris: Si autem bene docueris & male vixeris, tui ſolius. Nam bene viuendo & bene docendo populum inſtruis quomodo viuere debeat: bene autem docendo & male viuendo Deum inſtruis quomodo debeat te condemnare. *Chryſ. in Matth. 23.*

Et qui vult alterum ad officium ſacerdotale pertrahere, inſpiciat non iudico teſtimonium quod opinione collegerit, ſed cum fuerit illius bonæ opinionis etiam ipſum animum eius qui eligendus, noſcat diligenter. *De Dignitate ſacerdotali lib 2.*

Sacerdotis aſpicere dignitatem: agitur in terra, ſed officium cæleſtibus negotiis continetur. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non aliqua alia creatura, non virtus, ſed ipſe Spiritus ſanctus hoc munus inſtituit, adque adhuc manentes in carne miniſterio fungi præſtitit angelorum. *ibid.*

Sapientiſſimum eſſe oportet & perſpicacem in omnibus ſacerdotem, & mille, vt dicitur, ex omni parte oculos habentem: quippe qui non ſolum ſibi, ſed etiam populo viuit. *ibid.*

Qui ordinant indignos, eiſdem ſubiacent pœnis, quibus illi, qui indigni ſunt ordinati, etſi dicant ſe eorum vitam ignoraſſe, vnde Apoſtolus ad Timotheum: Manus cito nemini impoſueris, nec communicaueris peccatis alienis. Imo & hoc grauius crimen efficitur, quoniam abſoluerunt vel promouerunt [illegible]

PO
POLYANTH

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...m quem ignorabant: atq; id quod putabatur eſſe excuſatio, ...feſſio. *ibid.*

...agente popu'o, vnuſquiſq; pro ſuo merito remuneratur, ...autem pro bonis omnium habebit cum pro propriis lau...acquiſitione aliorum aureolam. *Chryſ. in Matth.* 25.

...magna confuſio ſacerdotum, & omnium clericorum, quan...eniuntur eis fideliores & iuſtiores. Quomodo non ſit ...eſſe inferiores laicis, quos ęquales eſſe confuſio eſt. *idem in*

...s eſt propter bonos etiam malos fouere: quapropter ma...n bonos contemnere, propter bonos ergo ſacerdotes etiam ...honora, ne propter malos etiam bonos contemnas. Melius ...n malis iniuſta præſtare, quam bonis ſubtrahere. *ibid.*

...rdotes pro populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut i...ſes non erudiunt, aut peccantes non arguunt. Sicut enim ...rem conuenit argui, ita iuſtum non exulcerari. *Iſid. lib.* 3. *de*

...nſidera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pecoris conſi...quid ſinguli ſubiectorum poſſint, non ignorat: cui per ...ionem corda, per circumſpectionem opera, per experimen...d poſſint, per affectus quid velint, ratio manifeſtat, & vocem, ...mam audiunt. Tres ſunt paſtoris voces, ſcilicet ſuauis, dul... Suauis ad infirmum, ad morientem dulcis, ad ſurdum per...a. *Hugo. de clauſt. anim. l.* 2.

¶ Poetarum Dicta.

Ouid. 1. Pont. 1.

Vaticinor, moneoque, locum date ſacra ferentis
Non mihi ſed magno poſcitur ille Deo, &c.
Talia cæleſtes fieri præconia gaudent,
Vt ſua quid valeant numina, teſte probent.

Plaut Rud.

Quis homo eſt tanta confidentia,
Qui ſacerdotem audeat violare?
At malo cum magno ſuo hercle fecit.

Tibul. 2. 1.

Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris,
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent Superis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam,

Stat. 3. Sil. 3.

Procul hinc, procul ite nocentes:
Sicut cor de nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius vnquam
Matris. & inferna rigidum timet Æacon vrna,
Inſontes, caſtoſque voco.

¶ Similitudines.

D. Chryſoſtomi. Sacerdotes prælati ſunt in populo, ſicut ſtoma...s in corpore hominis. Si ſtomachus dolet, corpus ægrotat, &c. ...*56. in Matth.*

...ius in vallibus fit obſcuritas, die declinante ad occaſum. ...do ergo colles videtis obſcurari, quis dubitat, quin iam nox ...primum in ſecularibus & laicis Chriſtianis incipit præualere ...itas peccatorum. Nunc autem quando iam vides, quod ſacer...poſitos in ſummo vertice ſpiritualium dignitatum, qui mon...colles dicuntur, apprehenderit iniquitas tenebroſa, quomodo ...tur quia finis eſt mundi. *inca.* 20. *Matth.*

...ut qui ſutoriam, aut quamcunq; aliam profitetur artem, etſi ...aliter non ſpondeat, tamen per hoc ipſum quod ſutoriam pro...s eſt artem, & opificium vel magiſterium artis eius aperuit, vi...r tacite omnibus ſpopondiſſe, vt ſine reprehenſione impleat, ...quam profeſſus eſt artem: Sic ſacerdos, & omnis clericus, etſi ſpecia...ter non promittat, tamen per hoc ipſum, quod doctor conſtitui...aliorum, ſtatim promittere Deo videtur in omnibus obaudituru...e Deo. *inca.* 21. *Matth.* 40.

Sicut caput dignius eſt quam membra, quum nec membra ſine ...pite, nec caput ſine membris eſſe poteſt: Sic digniores ſacerdotes ...quam populus, non tamen vtiliores: quia nec populus ſine ſacer...dotibus, nec ſacerdotes ſine populis eſſe poſſunt. *In* 22. *Matt.* ...*hom.* 42.

Si pars aliqua domus fuerit deciſa, cum labore tamen poſſibile ...vt reparetur: ſi autem ipſum fundamentum fuerit conquaſſa...tum, quid faciat paterfamilias, niſi in aliquo loco noua faciat fun...damenta, & lapides de priori domo tranſuectans aliam ſibi ædifi...et domum? Sic & in ſpiritualibus, ſiquidem populares peccauerint, ...per pœnitentiam corriguntur: ſi autem diſſipatum fuerit ipſum ſa...cerdotium, quod eſt populi fundamentum, quid faciat Deus? *in* 24. ...*hom.* 47.

...paterfamilias ſuper poſſeſſionem ſuam villicum ponit, vt non ...cum ſingulis colonis habeat cauſam ſed de ſolo villico omnium ...exigat rationem: ſi ergo inter colonos aliqua indiſciplinatio fuerit ...ſa, vnuſquiſq; pro ſuo delicto reus efficitur, villicus autem pro omnium delictis, & ſi bene reditum ſuum reddiderint, vnuſquiſque quidem pro ſua fide laudatur, villicus autem pro fide omnium remuneratur: Sic & Deus in populo ideo ordinat ſacerdotes, vt actuũ eorum ipſi diſcutiant rationem. Ideoq; peccante populo, vnuſquiſq; quidem pro ſuo malo punitur, ſacerdotes autem pro peccatis omnium & bene agente populo, vnuſquiſq; quidem pro ſuo bono remuneratur, ſacerdos autem pro bonis omnium. *In Matth.* 27. *hom.* 50.

Alterum mandatum Dei ſine altero non poteſt, vt puta ſi interroget quis inædificationem domorum, quæ pars melior, dicis fundamentum. Sed ſicut ædificatio non poteſt, eſſe, niſi fuerit fundamentum: Ita nec fundamentum eſſe poteſt niſi ædificatio fuerit ſubſecuta. Sic ergo fundamentum dignius eſt ædificatione, non vtilius. Sicut caput dignius quam membra, tamen nec membra ſine capite, nec caput ſine membris: Sic digniores ſacerdotes quam populus. *Hom.* 37. *epiſt. ad Hebr.*

Procli: Quemadmodum amatores ab ipſa pulchritudine, quæ circa ſenſum apparet, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur: Sic & Sacerdotes antiqui, cum conſiderarent in rebus naturalibus cognationem quandam compaſſionemq; aliorũ ad alia, & manifeſtorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent, ſacram eorum ſcientiam condiderunt, agnouerunt enim & in infimis ſuprema, & in ſupremis infima: in cœlo quidem terrena ſecundum cauſam, modoq; cœleſti: in terra vero cœleſtia, ſed modo terreno. *De ſacri & magia.*

Iamblici: Sicut natura ex occultis rationibus manifeſta facit: Ita ſacerdos adhibet manifeſta, vt occulta ſignificet: Sacerdos operatur ſæpe multa quibus aliquid ſimile propriumque diuinis efficiat, qua quidem cognatione aliquid diuinitus attrahat. Interea operatur & multa per quæ purificet animam, ac mala nobis auertat. *De myſteriis.*

Ignatii: Nemo potior eſt Deo, neq; ſimilis ei: neq; Epiſcopo honorabilior in Eccleſia ſacerdotium Deo gerenti pro mundi ſalute: neque regi ſimilis qui eſt in exercitu, pacem, & beneuolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Epiſcopum, honorabitur a Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis cõtra regẽ inſurgẽs, dãnatione dignus eſt: quomodo vltionẽ euadere poterit, qui præter Epiſcopũ aliquid egerit? Sacerdotium enim eſt ſumma omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt, quod ſi quis in honorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum, primogenitum totius creaturæ, & ſolum natura principem ſacerdotem Dei. *in ep. ad Smyrnenſes.*

D. Auguſtini. Si ſuperbus fuerit miniſter, cum diabolo computatur: ſed non contaminatur donum Chriſti, quod per illum fluit, purum eſt: quod per illum tranſit, liquidum eſt, venit ad fertilem terram puta quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum ferre non poteſt: per lapideum canalem tranſit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil gerans, ſed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramenti ita eſt, vt lux & ab illuminandis pura excipitur, ſi per immundos tranſeat, non inquinatur. *In Ioan. tract.* 5.

¶ Exempla Biblica.

Sacerdotum benedictionis *Exempla.* Heli, 1. *Sam* 2. *v.* 10 Sacerdotum Regis Ezechiæ, 2. *Paral.* 30. *v.* 27.

¶ Hieroglyphicum.

Erat amiculi ſiue redimiculi ſpecies, cui nomen *Tutulo* prius mox *Titulo* fecerunt: ornamentum quippe capitis in ſublime ſurgens purpurea vitta redimitum, inſtar *Coni* galeriue roſarum *eo Sacerdotem* hieroglyphice ſignificabant. Quin & vxores & miniſtræ Flaminis, eo erant ſtamine inſignes *Pier. Val. lib.* 41. *p.* 938. *F.*

Vide Clericus, Miniſter, Paſtor.

Sacramentum.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

SAcramentum à ſacrum venit, quod Græce ἱερὸν, ὅ, τὸ, dicitur, Eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. *ſec. Aug.*

Sacramentum eſt materiale elementum, extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione figurans, & ſimilitudinem repræſentans, ex ſanctificatione aliquam gratiam inuiſibilem conferens. *ſecund. Hug. de ſacram. l.* 6. *par.* 9. *l.* 2.

Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum, in quo ſub tegmento viſibilium, diuina virtus ſalutem ſecretius operatur.

Sacramentum etiam eſt, quod iuſiurandi ſacratione interpoſita geritur, vnde ſacramentum militare dicitur.